

Privilegium Urbani VI P. P. et confirmatio Privilegiorum, bonorum et decimarum Domus-Dei de Anno 1356.

191

Urbanus Episcopus servus Servorum Dei, Dilecto filio Preposito et dilectis in Christo filiabus, Prioris et conventui monasterii Sancte Marie in aquis, alias dicti Domus-Dei, per Prepositum et Priorissam soliti gubernari, Prædemonstratis Ordinis, Wratislaviensis Diocesis, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod justum est, et honestum, tam vigor equitatis quam etiam ratio exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitam perveniat effectum. Quapropter dilecte in Domino fili, et dilecte in Christo filie Priorissa et conventus vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum in quo divino estis officio mancipati, cum omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis, prestante Domino, poteritis adipisci sub beati Petri protectione suscipimus, atque nostra, omnesque libertates et immunitates à predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, vel alias indulgentias vobis et monasterio vestro predicto concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum à Regibus, Principibus, vel aliis Christi Fidelibus, rationabiliter vobis et monasterio predicto indultas specialiter autem terras, decimas, castra, villas, domos, possessiones, vineas, prata, et alia bona vestra, sicut ea iuste et pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Salva in predictis



dictis deumis moderatione Concilii generalis. Nulli ergo omni,  
no. hominum hanc liceat paginam, nostra protectionis et con-  
firmationis infringere vel ei ausu temerario contra-ire. Si  
quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omni-  
potentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius,  
se noverit incururum. Datum Romae apud S. Petrum  
3. Idus Martii, Pontificatus nostri anno quinto. —

Urbanus P. P. VI. —